



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romæ, 1619**

Vtrum consensus coactus ex parte cogentis faciat matrimonium? 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

*Virum consensus coactus, ex parte cogentis faciat matrimonium?*

194

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod consensus coactus, saltem ex parte cogentis faciat matrimonium. Quia matrimonium est signum spiritualis coniunctionis. Sed spiritualis coniunctio, que est per charitatem, potest esse ad eum, qui non habet charitatem. Ergo & matrimonium ad eum, qui non habet.

¶ 2 Præterea, Si illa quæ fuit coacta, postmodum consentiat, erit verum matrimonium. Sed iste qui coactus primo, ex consensu illius non ligatur. Ergo ex secundo consensu ligabatur matrimonio.

SED contra, Matrimonium est relatio æquiparantia. Sed talis relatio æqualiter est in utroque. Ergo si impeditur ex parte unius, non erit matrimonium ex parte alterius.

RESPONDEO dicendum, quod cum matrimonium sit quedam relatio, & non possit innasci relatio in extremorum sine hoc, quod fiat in alio: idèd quicquid impedit matrimonium in uno, impedit ipsum in altero: quia non potest esse quod aliquis sit vir

in uxoris, vel quod aliqua sit uxor non habens virum, sicut nec mater non habens filium: & idèd dicitur communiter, quod matrimonium non claudicat.

Ad primum ergo dicendum, quod quamvis actus nuptialis possit transire in non amantem, tamen unio nuptialis non potest esse, nisi sit mutua amatio: & idèd dicitur Philosophus in 8. Ethic. \* quod ad amicitiam, quæ in quadam unione consistit, requiritur red-

\* lib. 8. c. 2.

Ad secundum dicendum, quod ex consensu libero, qui primo coactus est, non fit matrimonium, sed in quantum consensus præcedens in altero, ad hoc manet in suo vigore: unde si dissentiret, non fieret matrimonium.

Supplementum.

Cc

A